



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 6. Christi nomini obediunt omnia excipio cor hominis, ipso flumine Pado
magis refractarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

appendit charitatem; qui tempestate iactati, timebant. Dormiebat Christus, excitauit illum & bonis ausibus; cum mare à feruore suo steterit, & facta sit tranquillitas magna. *Mare est tempestas est, nihil tibi restat, nisi exclamare. Domine petro, forte nauis tua ideo turbatur, quia ille in te dormit. Accesserunt & excitauerunt illum, & imperauit uentis, & facta est tranquillitas magna, Mens ergo turbatur cor tuum: quia excidit tibi, in quem crederas. Insuper letabiliter patiens: quia non uenit tibi in uentem, quid pro te pertulerit Christus, si in mentem non uenit, tibi Christus dormit. Excita Christum, uale fides: tunc enim in te dormit Christus, si oblitus fueris passus Christi. Cum autem plero corde in uentem fueris, quid ille fuerit passus: nome a quo animo, & tu tolerabis? In fortasse gaudes: quia inuenis es in aliqua similitudine passionum regis tui? Cum ista cogitas, ille surrexit, imperauit uentis, & facta est tranquillitas magna.*

21

Gen. 31.

29.

IX.
Laban
idolola-
tra, Deo
obedit
præci-
pienti.

(a) De-
spues de
datis ij
presus.

Stupendam sane narrat Spiritus S. historiam de Laban. Idololatra erat, nec Deum nostrum, ut suum, sed idola colebat; se quodam die grauiter offensum à Jacob, genero suo infremuit quod filias suas, nepotes suos, idola sua abduxisset & abiisset hospite in salutato. Insecutus est eum copioso numero armatorum, spiritans minarum & cardis in Jacob; dicetes, fenum habet in cornu. Apparet illi Deus & ait. Hæc tibi injungo, o Laban: *Cauere ne loquaris contra Jacob quidquam durus, nec eam auidè fugilles mordax proteruo. Assequitur generum suum tota familia multitudinis: & datis jam & acceptis rationibus, (a) ait: Dexterò Deo, o Jacob: iuro enim tibi, eo huc ueneram animo, ut te tuosque interuentione delerem, sed reueritus sum Deum patrum tuorum, qui mihi hoc ne facerem, inhibuit: illi gratus esto, qui mihi præcepit, ne tibi illum inferrem damnum. Valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patrie vestri heri dixit mihi. Cauere ne loquaris, &c. Res notatu dignissima: Deum Laban, ut Deum non adorabat, nec ut Dominum suum colebat, quem tamen ad eo reuerbatur, ut ex eo solo, quod eum uideret, sibi iuhentem, ne contra Jacob stimulos moueret, se iramque suam depresserit: quid non ageret, si eum ut suum Deum, & uerum ueneraretur? Et quid tibi agendum, qui ut Deum uerum & unicum credis Christum, dum in hostem tuum stomacharis, quando tibi ipse obuius uenit, & ait: Contine te o Christiane, deprime cor tuum: Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros, an hoc non sufficit? quando nulli tole-*

randis injuriis prouocaris: illi dic, Deo gratias age, qui mihi præcepit & me detineam Peregrinum quid iudico: quod minus Deum quam homines reueremur. Milles turbatum te continebit, uel unicum uidere hominem. Impetit te lapidibus calor pedissequus quispian, & tibi spiritulam grauitè adeo offendit, ut uiscera tua acriter discredierunt. & ais: gratias age, quod talis sis uiri filius. Lædit te famulus amici tui, ais: gratias ago Domino tuo. Quod si modo Rex tibi injungat, ut eius manibus fidas præ-tensionem illam, quæ contra proximum tuum agis, plus æquo tibi satisfactum creas: eo solo: quod dicere uellis. Rex præcepit mihi, ut pacatus uiuam. Quid Maurus agit rebus illis adeo laboriosis, & sibi in omnibus na complacet, eo titulo quod sibi illa Mahomet in suo Alcorano præcipit. Facile est animo, sed mandæ mihi Mahomet: in tali occasione, hoc aut illud agere nos uero, quam parui æstimamus Deum & quam parum nobis referat, cum esse qui nobis inungit: Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestros: Hoc ipsum iustè commotus Deus ostendit, quam grauitè accipiat, ex historia Rechabitarum, quam refert Hieremias: ob Tract. 31. uimus pariter & querelas ipsius Hieremias: ob Tract. 31. majorem obedientiam præstitam scriptis Duelli 79. & 80. quam Dei legibus: & Hæc: eum Deo facilius Tract. 21. sit unico uerbo maris uadus compellere, quam Tract. 21. cor hominis etiam multis sedare: quæ omnia ad Tract. 21. sup. radicta referuntur. 82. & 83.

§. 6. Christi nomini obediunt omnia, excipio cor hominis, ipso sinimine Pado magis restantur.

His quæ diximus in tractatibus nostris, addi potest mirabilis quædam consideratio, quæ manus & pedes constringat, seu os obstruat, sumpta ex auctoritate nominis Christi Domini nostri, quia ipse est, qui tibi loquitur: Ego autem dico uobis, Cuius tanta est uirtus, fortitudo, & auctoritas, ut ad solum eius nomen omnes se vitro dedant creaturæ, & sine ulla replica obediunt, & ex magis ad nutum, quæ ex sua natura sunt & fortiores & obstinatior. Paralytici formata, quæ (docente Hippocrate) nulli cedit creatæ uirtuti, solo hoc nomine audito & cedit & manus dat, & se superatam fatetur: ad unum D. Petri uerbum dictum paralytico sic nato in Hierusalem: In nomine Iesu Christi Nazareni, *Al. 8. surge & ambula.* Cetero uelocior exiit de strato in eoni

in conspectu omnium. Et exiliens stetit, & ambulabat. Idem accidit alteri paralytico Lystris in Lyconia, quem isdem verbis sanavit D. Paul. Febris ardentissima, exortas, de qua ex philosophorum axiomate, non datur regressus, mors ipsa quæ non solum superiorem in terra non nouit potestatem, sed & ipsa pollet manifesta auctoritate super omnia, quæ in mundo viuunt, vnde trophæum erigens dicit *Nemini cedo omnia hæc ad solius nominis Christi præsentia cedunt arena*: febris deferuent, cæcitas illuminatur, mors fugit; Et hoc adeo familiariter, vt patet in S. scriptura, & vitis Sanctorum.

Lib. 1.
Diab. c. 3.
1.
Serpens
nomini
Domini
obediit.

Refert D. Gregor. sui temporis prodigia stupenda, quæ cum ipse certò certius affirmauerit non sunt in dubium recocanda. Colebant Monachi hortum, quem communiter latro quidam depredabatur, meliores fruges, herbas & olera defecens. Admiratur hortulanus, quæ viâ latro hic posset subintrare: erat enim circumseptus muro, & ecce reperit aperturam in quodam angulo: & dum hoc rimatur, immanem offendit serpentem: ad quem conuersus, eidem præcipit: sequere me: & ad aperturam consistens, ait illi: serpens, in nomine Christi Iesu tibi iniungo, vt hic sis, nec te aliò moucas, & hunc ingressum contra latronem defendas, qui hac intrat, nostrum depredaturus hortum. In nomine Iesu præcipio tibi, vt aditum istum custodias, vt si uerem hic ingredi non possit. Ad nutum illico scilicet serpens extendit loco illi transuersum, & vt vigil permansit. Paulo post regreditur latro, & dum subintrat, ecce prostratus in aera serpens, qui cum adeo terrefecit, vt muro decideret, sed calceo cuidam stipiti ad hærescente pendulus manet: hic hæsit serpens immotus, donec ueniens hortulanus latronem dissoluit, cui ait: si ea quæ nobis furto auferis, à nobis exposceres, gratuito & libenter ea tibi traderemus &c. Ad solū Christi nomen ab hortulano prolatum, ipsi serpentes obediunt.

Lib. 2.
Diab.
cap. 10.
Similitet
& rupes.

Construxit Monachus Dei seruus Honoratus monasterium viciniam fundo ciuitatis D. Gregor. auctore, vbi conuinebant ducenti Monachi. Dum die quadam è fenestra prospiceret, aduertit rupem grauissimam de monte dissindi, quæ Conuentui irruere minabatur, idque tanto impetu, vt & omnes Religiosos, totumque Conuentum contere velle videretur. Totius animam cells, & omnium fratrum interitum minabatur. Sed quo tempore maiori impetu tuere videbatur, uersus illā protensa dextera, Sanctæ crucis signum opposuit, præcepitque in nomine Iesu Christi, vt

Hieron. Bapt. de la Dura. Tom. 2.

subsisteret, illico stetit, & in ipso dexeri montis latere immota permansit: ita vt maius esset miraculum, illic rupem hære, vbi ei locus non erat cui inhære potuisset, quàm quòd subsistisset. Accesserunt quidam stupore attoniti quærentes qui fieri poterit rupem hære jam ad casum inclinatum tanto grauem pondere? An non uides, quòd i eius ei nomen opponitur, qui vnico digito appendit molem terræ, & cælos palmo concludit.

D. GRE.
Lib. 1.
Diab. c. 6.

Sanctus Marcellinus Episcopus Anconitanus podagra adeo pedibus laborabat, vt se loco, quo sede at, dimouere non posset. Et ecce incuria quadam seruus ignis ciuitatem inuadit, qui vento acriori huc illucque dilatus, nemini spem saluandæ ciuitatis reliquit: *leo crescebat flamma, vt jam totius urbis interitum minari uideretur.* Rem & periculum intelligit Episcopus, omnes vidit adeo perterritos, vt quod remedium extinguenso incendio adhiberent, omnino nescirent. Præcipit suis eò se deferri, vbi tota vis flammæ videbatur irruere, quare eum in eo loco statuunt; vbi tota vis flammæ videbatur in-

III.
Pariter
ignis.

incumbere. Hic flammis voracibus in nomine Iesu Christi præcipit, vt contrahantur, frigeant, extinguantur. Mirabile dictu. Capis mare modo incendium in semetipsum retorquere, ac si reflexionis sua impetu exclamaret, se Episcopum transire non posse, sicque factum est, vt flamma incendiij, illo termino refrænata in semetipsa refrigeret. Quis ralia potuit? Quis tam effrænem potuit bestiam refrænare? An ergo non ad hoc sufficiebat, eius nomen & auctoritas Domini, qui ipsum refrænauit mare & præcipit: *Huc usque uenies, & non procedes amplius.* Auferus fluvius, qui iuxta urbis Lucæ muros infinebat, sæpe inundatione facta cursus sui alueum egr. f. sus, per agros diffundi consueuerat, & quæcumque sata & plantata repererat, cucitebat, magno oppidanorum incommodo. Et quamuis diutius laboratum fuisset, à proprio tamen alueo deflecti non potuit. Audiuit hæc vir Sanctus Frigidianus, qui rastrum sibi paruulum fecit, ad alueum fluminis accessit, & solus orationi incubuit, tum eidem flumini Serchio, quem Diuus Gregorius vocat Auferam, in nomine Iesu Christi præcipit vt sequeretur, per loca quæcumque ei designaret, rastrumque per terram traxit, quem relicto alueo proprio tota fluminis aqua secuta est, ita vt funditus locum consueti cursus desereret, & ibi sibi alueum, vbi tracto per terram rastro, vir Domini signum fecerat, vendicaret, & quæcumque

IV.
Nec non
fluvius.
Lib. 3.
Diab. c. 9

estent

estent

essent alimentis hominum pro futura, ultra non laederet.

23 Vt vno verbo omnia comprehendam, quae datur potestas maior ea, quam habet diabolus.

Job. 41. 24 Audi Job: Non est super terram potestas, qua comparatur ei: ita testatur Deus: quae obstinatio maior, quam ea, quae in malo ipse confirmatus

Job. 41. 25 obdurefecit: de quo ita Deus. *Cor. 13. 12* Indurabitur, sicut malleatoris incus, his non obstantibus, sufficit solum Dei nomen, ut superetur,

Job. 41. 26 Diabolus fugetur, conuincatur, nec is vnicus haemon, sed omnes, ut eo comprimantur, contineantur,

quoque. & ea omnia cogantur facere, quae liberit. De hoc testes cito Septuaginta duos Christi discipulos, quibus ab eo praedictum in illis, solo illo nomine munitis, quidquid erat, manus dabat

& cedebat: cedebant paralytici, fugiebant lepra, surditates aures praebant, caecitates, visum dabant, infirmitates omnes & mortes solvebantur, quin & ipsa demonia subiciebantur.

Ita horum catalogum reuersi Christo referunt. *Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis,*

Lac. 10. 17 *in nomine tuo.* Signate verba, notae mysteria, etiam demonia: quasi quis dixerit. Non tantum morbi, paralytici, febres, & mortes, insuper & ipsi demones, audito tuo nomine, subiiciuntur nobis. Nec in praeterita ita loquuntur, nobis subiecta fuerunt, vel nobis obediunt, sed in praesenti: illos nobis subditos habemus, & semper, sola tui nominis auctoritate, quod nobis commendasti: *subiicimus nobis.*

Hinc rationem intelliges, cur Christus dum viveret, & primum mitteret Apostolos, deinde septuaginta duos discipulos, ad tanti momenti negotium, praedicationem nempe Euangelii, eis praeciperet, ne secum deferrent in via pecuniam, nec peram, nec virgam, seu baculum, & ut dicit Diuus Ambrosius *nullius rei administratum.*

Quibus igitur o Domine sibi et tunc subsidio?

D. A. M. B. quibus operabuntur? quibus sese defendent?

Tom. 3. Satis muniti progrediantur, virtute & auctoritate nominis tui: *Ecce ego mitto vos.* Hoc plus

Luc. 10. 50 satis est, ut ad presentiam vestram nulla non leneca inclinetur, nec sit, quod se vobis non subiciat, & hoc ipse iam experti sibi applaudunt. Deinde mortuo Christo, & a mortuis resuscitato, dum iter caelum versus parat, & Apostolis praecipit, ut per quatuor mundi cardines Euangelium praedicent: certe negotium arduum, in quo illis standum erat, pugnandum erat, declamandum erat contra totius mundi fortissimas vires, contra demonis astutias, contra aequitas infernales, illos & munit &

armat sola illa auctoritate personae suaeque nominis admiranda. *Evangelium in mundum uniuersum.*

sum, praedicate Euangelium omni creaturae. Eccl. 1. 16. 17 in nomine meo demonia eijciant, lingua loquentur noua, serpentes tollent, &c. Hac nixi auctoritate profecti sunt, & Imperia, Regna, Tyranni, sapientes, Doctores, Diuites, denique atantissimos inferni exercitus sibi subiecerunt: Illi autem profecti, praedauerunt ubique, Domini cooperante & sermone confirmante sequentibus signis. Obstat pisco magnas nominis & personae Christi vires & auctoritatem, cum nihil sit quod illi non subiciatur: & rationi consentaneum iudicamus ut eam referat auctoritatem, quam sibi sua passione promeruit: *Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum, &c.* Omnia ergo haec opponit cordi tuo turbato, ut coleram tuam, & iram tuam temperes, bilem tuam relaxes, qua contra inimicos tuos, qui re grauius offenderunt incandescis: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.*

Ergone fieri potest, o Christiane, ut ad Christi nomen immobilis petra consistat, quae summa vi de montis vertice discissa deorsum voluebat, ad totius monasterii ruinam, & multorum interiretionem? Et quod, dum in nomine Iesu Christi supplex rogaris, dum eius tibi persona occurrit, dum ipse tibi loquitur: *Ego autem dico vobis:* cor tuum nequaquam deprimatur, ipsa petra durius, ex fetore nimio, quo iam praecipit ruit, ad viuidam & stragem multorum ex eadem? Num credidero, quod audito solo Christi nomine, refrigerant flammularum ignes, dum eas vehementer accensas dispergit ventus per aera, & intra terminos suos fluminis cursus contrahantur, & hoc quidem, dum ripas aluei ad summum impleuerant: tu vero, proposito tibi Christi Iesu nomine, addo & ipso Christo, qui & petit, & iubet, ut ignoscas inimico, bilis tuae flammam, nolis extinguere, & vindictae furiosos imperus remorari? Quid hoc rerum? ipsi serpentes Christi Domini nominis subiciuntur, cedunt, obediunt, te vero tam refractarium audio, ut cum milites per nomen Iesu te obsecramur, obsecramur, ad genera tua aduoluimus, ut mansuetior, temperantior, modestior, discretior, peritior, maledictis, & vltionis libidine abstineas, nec tamen impetramus, aut proficimus sed repellimur? Tandem, quis non stupeat, ipsos demones odio rabido contra Deum obduratos, tantum deferre Iesu nomini, ut eo solo super ipsos inuocato,

Mat. c. 16.

Philipp. c. 2. 10.

24. 21.

VI.

Homo vero per-

vixit non obedi-

3. C.

D. Lib. Dia.

80.

Inuocato, arma, furias, impetus deponant, manus dent, subiciantur. Tu vero, qui de Christi discipulato, & Christiani nominis dignitate gloriaris, qui te filium Dei iactas, cor geras ipsi infernalibus furis magis furiosum, ob-execratum, lapideum; cum nec arma, nec furias, nec impetus deponas, nec manus des, nec subiciaris, quantumlibet te & rogemus, & supplicemus, & Dei nomine, atque auctoritate, & persona precipiamus: vt vindicta parcas, iram tuam refrænes, cohibeas imperus? Nescio quid his possit superaddi.

18 *dur. 179*
 Modo mihi perspicua patet ratio, cur Hieremias propheta, dum de hominis corde, eiusque duricia loquitur, verè dicere potuerit: *Grane cor per omnia: homo est, & quis cognoscat eum?*

Ita legunt aliqui Sancti, iuxta Septuaginta D. AYO. interpretes, & singulariter Diuus August. hoc Lib. 13. con. quod nostra vulgata habet. *Pyraum est cor hominis*. *Et quis cognoscat eum?* quali dicit: *Ecce homo, apparet mitis, blandus, vt carne genitus, & qui cor habeat carneum, & quod sit omnium facillimum, vt cedat, & subiciatur: verumtamen quòd eum in altum tollat ventus vt foliorum congeriem, cum ignis inflammet, aqua submergat, febris subiciat, & immotus consistat: scito, te eius non capere naturam. Hoc te scire velim eo nihil aut durius, aut fortius, aut difficilius inueniri. Grane cor per omnia. Obstat, renititur, mordet frænum; durum, asperum, feroc. Cum igitur hæc ita sint, vt nulla sit in creatura rebellio, nec in ipsis demonibus contradictio, sed omnia manus dent & auctoritati, & Christi nomini subiciantur: vnicum cor hominis excipitur, superbam, obstipum & Deo refractarium. Audiet aliter, quod multi iugis precibus inletemus, & quotidiana cum efflagitatione fatigemus interponendo, & nomen, & personam Christi, vt pacis frædera neciat, vt inimicitias deponat & odia, moderetur effrænes vindictæ impetus: id denique agimus, quod Diuus Paul. dicit. *Obsecramus pro Christo, reconciliamini.* Et perfricta fronte respondebit, non faciam, non me decet, non mihi conuenit. Des mihi (amabo) rebellionem ipsa duritorem.*

D. GRÆ. His optimè Diuus Gregor. confundi tellatur Lib. 7. hominum duritiam, expendens insuper adstruendum prodigium, cuius rei veritatem ipse 86 *inquisiuit*, quod Placentia contigisse testes

affirmant Domesticè notus est Padi fluminis vehementissimus defluxus. Hic alueum suum excedens Ecclesie prata inundauerat, & spem futuræ mellis abstulerat. Viris cathedram regēbat vir eximia sanctitatis Sabinus nomine, huius infortunii nauium desert ad eum Diaconus, Cui Episcopus: vade ocyus fili ad Padum, eique hæc loquere: Pade flui, præcipit tibi Sabinus Episcopus seruus Dei, vt te intra alueum conluetum contrahas. Mandat tibi Episcopus, vt te compeſcas. *Et ad proprium alueum redeam* Risit Diaconus, & vt fabulam ierit. Vocari iubet Episcopus Secretarium, qui confestim accurrens, Episcopi suscepit præceptum, scribe, inquit Episcopus: *Sabinus Domini Iesu Christi seruus committorium Pado: Præcipio tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt de alueo tuo in locis istis ulterius non exeat nec terras Ecclesie laedere præsumas.* Accipe hoc committorium, deser ad fluum, ei hoc prælege, & prælectum vehementiori aquarum gurgiti immerge: Vix chartam aqua susceperat: ecce Padius suas recolligit aquas, intra alueum continet, nec amplius vltra effluere & Ecclesie satis nocere præsumpsit. Hinc Diuus Gregor. arguit rebellem hominum voluntatem: tantam habet auctoritatem seruus Dei, vt rapidissimo flumini, & lata omnia submergenti imperet in Christi nomine, qui obedit, mandatum eius seruat, qui scribit: *Ego Sabinus præcipio tibi: quasi apertas haberet aures, vt audiret. Et sensum vt mandatis Episcopi obtemperaret, non quidem vocetenus prolatis, sed scripto tantommodò in charta missis: contra quam aqua fluminis omnibus notissimas habet vires. Sancti viri præceptum suscepit. Nihilominus adeo recalcitrans & obstipum sit cor hominis (quis credat?) quod ipsi Christo venienti: & ore proprio præcipienti: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: furoris aquas non recolligat, & exundantes impetus non retardet, non obediat: Quia in re quid aliud, quam inobediendum hominum duritia confunditur, quando in nomine Iesu elementum ipsum irrationabile Sancti Viri præceptis obediunt? Hic optimè quadrat admiratio, quam ex Hieremia propheta retulimus. Grane cor per omnia.**

VII.

Miraculum de Pado flu.

uio.

D. GRÆ.